Quelle: https://manuscripta.at/?ID=60
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

recordationis Nicolai papa v. predecessoris nri pro parte
dilectorum filiorum Symonis prepositi et Conuentus Mo
nasterij beate Marie Neuburgen per prepositum soluti gub
nari ordinis sancti Augustini exposito quod olim per
certos dicti ordinis professores tunc diuersis Monasterijs
presidentes pro sue religionis cultu salubri ac sacre regula
ris obseruancie ampliori incremento diuersa regularia insti
tuta cum diuersis tunc expressis salubri directione status eorude
Monasteriorum concernentia prouide ordinata et edita
fuerant prout in huiusmodi institutorum editione et sup
ea confectis Capitulis que incipit Gloriosus deus in
sanctis suis plenius asserebant contineri petitus predeces
sor ex certis causis tunc expressis ad abbatis Monasterij
beate Marie Scotorum wiennen patauien dyoc.
suis dedit litteris in mandatis quatinus edocto coram
eo legitime de institutis predictis illis ac diligenter recensit
et examinatis si ea laudabilia et honesta ac huius
modi regulari obseruancie congruere et substancialibus
eiusdem ordinis institutis conformia fore seu illis am
miniculari reperiret sup quo suam conscienciam onera
uit instituta predicta approbaret et confirmaret ac
per prepositum pro tempore existentem et Canonicos
ac Conuentum dicti Monasterij beate Marie obseruanda
fore deterneret prout in dictis litteris plenius continet.
Cum aut sicut exhibita nobis nuper pro parte dicto
Symonis prepositi et conuentus petitio continebat dile
ctus filius modernus abbas dicti Monasterij Scotorum
et qui illi a tpe impetracionis dictarum litterarum preuint
mitem raro apud dictum Monasterium suum resedit sed ut fre
quenter egerit in remotis et ipterea ipse litterae sibi con